UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita B. Francisci Xaverii

Torsellini, Orazio

Coloniae Agrippinae, 1610

S. D. N. D. Clementi VIII. Pont. Opt. Max.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42323

Visual Library

S. D. N. D.

CLEMENTI

VIII. PONT. OPT.

Max.

ETsi Pontifi-
cia maieſtas,
qua proximè
accedis ad Deum, Pa-
ter Beatiſſime, deter-
rebat humilitatem
meam ab eo conando
quod molior, tamen
illa non minus benig-
na probis quam ſeue-
ra improbis clemētia,
quam tum nomen ac
vul-

vultus pollicetur, animum erexit allexitq́; meum, vt hoc qualecunq; munuſculum, tibi vtiq; optimo iure debitum, offerre non dubitarem. Mitto beneuolẽtiæ tuæ in Societatẽ noſtrã indicia nec parua, nec obſcura, quibus nos deuinxiſti in perpetuũ vniuerſos. Incredibilis iſte ardor animi, ſtudiũq́; Chriſtianæ religionis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rùm etiam trans Gã-
gem per ignotas anti-
quitati vias ac natiões
Chriſti nomen circũ-
tulit: longiſſimeque
prouectus in vltimas
Orientis oras, ad ipſos
Iapones, in orbis terrę
angulo ſitos, Euange-
lij lumen primus in-
uexit. Quocirca quis
non videt æquum ac
par fuiſſe, talis vt viri
vita, cuius in India, to-
toq; Oriente, æterna

vel tuendæ, vel propagandæ, poſtulare, atq; adeò flagitare videbatur, vt vulgãda FRANCISCI XAVERII vita in tuo potiſſimũ nomine appareret. Quippe vir ille, miro Dei hominumq́ue amore ardens, non modo auitam religionem iam ſyluescentem in Europa Aſiæq; ora, quæ Indiam continet, diligenter excoluit; ve-

rùm

extant ſanctimoniæ impreſſa veſtigia, eius maximè nomini dicaretur, qui orbis terrę parens, ſacrorũ Antiſtes, religionis Princeps ſit, & ſanctitatis? Nimirũ vt, XAVERIO velut pręcurſore, celerius expeditiusque in vltimas terras tãti Põtificis fama penetraret, ac teneras illas nouorũ Chriſtianorum mentes, quà egregio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſanctimoniæ exẽplo imbueret, quà Põtificalis auctoritatis quadam quaſi maieſtate in officio contineret. Itaq; benigno hilariq; vultu (quod in minimis etiam donis maximos Reges feciſſe nõ ignoras, P. B.) hoc quicquid eſt, quantulumcũq; eſt accipies: paruum & exile munuſculum fateor, ſed ex magno gratoque

animo profectũ: Xaueriumque noſtrum, vel tuum potiùs, tuo nomine tegi foueriq; patieris; vt idem & teſtis ſit tuæ erga ordinem noſtrum beneuolentiæ nõ vulgaris, & obſes noſtræ erga tuũ nomen obſeruantiæ ſempiternæ. Vale.

Sanctitatis tuæ

humill. ſeruus

Horatius
Turſellinus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN